



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris  
Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Titulus Secundus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

Hoc est speculum beatissimi Patris summi Pontificis : in hoc Filij Dei Vicarius constitutus est : ex hoc justificabitur vel condemnabitur, qui personam Christi gerit, & in ipsis Cathedra sedet, secundum quod ei conformis vel difformis apparabit.

## TITVLVS SECUNDVS.

## Articulus Primus.

*De Concilijs generalibus.*

I. **H**ic agendum esset de S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, hi enim Cardinales dicti, quia tota Ecclesiastica potestas, universæ Ecclesiæ dispositio, his velut cardinibus sustinetur : ex his enim concilia Apostolica constituuntur, ex his judices causarum Pontifex sibi sumit, ad hos pertinet electio summi Pontificis, De his inquam agendum eslet, sed cum in ordine cum Episcopis, si Episcopi cum presbyteris, si presbyteri cum Diaconis, si Diaconi concurrant sub eadem Doctrina, eorum

eorum officia tractanda erunt, & hic tan-  
tum de concilijs ponitur doctrina con-  
sequens.

2. Concilium quantumvis Oecomeni-  
cum & generale, est inferius Papâ. Hoc  
fateri debent, qui Papam Ecclesiæ caput  
vere fatentur, nisi monstrum sibi fingere  
velint, corpore supra caput prominente:  
cum enim Concilium Corpus Ecclesiæ  
repræsentet, corporis rationem non exce-  
dit, tamen sine capite mutilum erit. Nec  
dictis obstant appellationes à Papa ad fu-  
ture Concilium, aut quod Papa inter-  
dum permiserit Concilij suorum factorum  
judicium. Præterquam enim quod illæ  
condemnatæ sint, non probant concilium  
esse supra Papam: non enim potest tale  
Concilium, absque consensu Papæ con-  
gregari.

3. Nunquam etiam licuit Concilio tan-  
quam superiori, Pontificem Romanum  
aut ejus acta dijudicare. Hoc agnovit Syl-  
vester I. in Generali Ecclesiæ Synodo. cap.  
Nemo. Nemo (inquit) judicabit primam  
sedem, justitiam temperare desiderantem:

*negat*

neq; enim ab Auguſto , neq; ab omni Clero,  
neque à Regib; , neque à populo judec; ju-  
dicabitur.

4. Nullus insuper Legitimus Pontifex  
Romanus, iure à Concilio Generali fuit  
unquam depositus. Quod autem nonnulli  
in Schismate & alijs casibus deprehensi  
sint illegitimi, & à Sede amoti, illa non fuit  
depositio, sed declaratio illegitimæ intru-  
sionis. Etiam si daretur Papa Hæreticus,  
& ob incorrigibilem Hæresin amoveretur  
à Concilio: illa proprie depositio non es-  
set à Concilio procedens, sed Papa Hære-  
ticus se pertinaciter manifestans, declara-  
retur rescissus hoc ipso ab Ecclesia ut  
emortuum caput.

## TITVLVS TERTIVS.

### *De Statu Episcopali.*

#### Articulus Primus.

*Quæ qualitates in Episcopo requi-  
rantur.*

I. **D**ignitas Episcopalis quæ suprema  
est in terris sub Summo Pontifi-